

EXORDIUM.

à xpo.

ψ 62. **A**dmodum necessariam adhortationem divitibus Psaltes adhibet, divitibus ait, si affluant vobis, corda nolite illis apponere. Constat enim ex hodierno Evangelio, & ex ipsis Christi verbis, divites si malè divitijs fuerint usi, æternis cruciatibus fore obnoxios. Quapropter divites sibi caveant, Mat: 19. pauperesq; suâ sorte sint contenti.

NARRATIO.

Confirmatur in hoc Evangelio Articulus de vitâ æternâ. Docet enim ipse Christus in illo Lazarum pervenisse, post mortem ad æternam beatitudinem, divitem verò Epulonem in infernum. Vtriusq; etiam statum nobis depingit. Attentè itaq; omnia considerantes.

I. Considerabimus diviti & Lazari vitam.

II. Mortem utriusq;.

III. Statum utriusq; in altero seculo.

DE PRIMO.

Dives agit vitam dissolutam. Lazarus Christianam. Dives omnibus rebus abundans.